

Ross. B. - chris. P. 66



IN NOMINE DNI AMEN.

AD LAUDEM. SANCTAE. ET. INDIVIDVAE. TRINITATIS. PERPETVAMQUE. REI. MEMORIAM.

Natura ita comparatum est, ut omnes res per corruptionem sui intereant, nullaque earum extaret memoria nisi literarum monumentis posteritati seruanda memoranda & commendanda traderentur. Proinde ne & praesentis aetatis & negotij varietas violet, vetustas consumat, oblitio deleat memoriam, ego LEO SAPIEHA Cancellarius Mag. Ducatus Lithuaniae, Mobilou. Sierobouienensis &c. Capitaneus vniuersis & singulis praesentibus & futuris barum notitiam habituris notum testatumque facio, Excoedificata, & ab antecessoribus meis, & possessoribus olim bonorum Rosana & Lososina dictorum, in Districtu Stonimensi iacentium duo Orthodoxae religionis Catholicae, templum vel potius capellam in Curia & aula Lososinensi, fundatosq. & inscriptos pro iisdem templis a praedecessoribus meis Dno Nicolao Iazlowie, Eki Smiaenski & Skalsenski Capitaneo & consorie eiusdem Dnae Alexandra Tybkiwiczowna haerede eorundem bonorum Rosana & Lososina dictorum, in villa Iabwies manfos possessionarios quindecim, in alio vero loco quinque seorsum manfos pro praedio Parochiali cum stagno & molendino, decimarum in praedijs Bielawicze & Lososina exactionem, domum praeterea siue tabernam ex veteri domo Parochiali in foro ipso Oppidi Rosanensis sitam, prout iustus & plenus fundatio ipsa decernit. Quae quidem bona Rosana & Lososina dicta cum ad me certo & indubitato iure deuoluta & translata fuerint, fundationemq. & prouisionem insufficientem, templaq. ipsa vetustate iam collapsa uiderem; itaque ad laudem SS. & indiuiduae Trinitatis, Beatissimae Virginis Mariae & omnium SS. in Oppido meo Rosanensi, in alio a fundamentis & cruda radice de lapide latericio templum Orthodoxae Religionis Catholicae tituli SS. Trinitatis, Beatissimae Virginis Mariae, Apostolorumque Petri & Pauli erexi & extruxi, scholam praeterea & duo domicilia cum hortis iisdem excoedificauit. In locum uero & ratione insufficientis superius recensita fundationis & prouisionis a praedecessoribus meis supra nominatis factae & ad me redactae pro eodem a me erecto & fundato templo meliorita, tem & commutationem ialem feci, & his praesentibus meis facio. Domum Parochialem in alio loco excoedificatam & plateam ex utraq. parte domuum quadraginta Dziwiazkowskian, go dictam cum hortis earundem antiquitus & nunc sese extendentibus a domo Parochiali siue diuericulo qua ad aulam peraggerem superioris piscinae, itur uique ad ponticulum propter canositatem loci factum sese dilatantem, cum domo eadem siue taberna Parochiali in foro sita, domum scholae adiacentem, pro quindecim manfos possessionarios in villa Iabwies & decimarum in praedijs Bielawicze & Lososina exactione fundatarum & inscriptarum & alijs fundationibus inscriptionibusque antiquitus factis &c. Bona mea propria nemini obligata nec onerata, praedium uidelicet Przewloka dictum, & villam Ostrow in Districtu Stonimensi iacentia cum tribus Stagnis & molendinis, seorsum autem ciues & subditos meos Oppidi Rosanensis, pro uino & cera ad praedictum templum triginta steros & centum curras lignorum Parocho Rosanensi dare & reddere annuatim obligo, obligari teneriq. facio, facultatem praeterea de nemore Lososinensi ligna in propriam & subditorum eius (cum scitu in Praefecti Curiae Lososinensis vel eius locum tenentis) necessitatem euahendi, do dono inscribo perpetuo & in reum irreuocabi, literaque cum totali supradicti Praedij & villae, aliarumq. praedictarum facultatum, donationum, & proprietate, iure, dominio, tituloq. hereditario, nec non cum omnibus ad ipsa quoquo modo spectantibus, hominibus utriusq. sexus liberis et illiberis, eorumq. laboribus & serutijs, agris cultis & incultis desertis & possessionibus, pratis, riuulo ex sylua corrente limitatis, campis, hortis, domibus, curijs, arboribus, borreis, syluis, riuis, gurgitibus, stagnis, molendinis, & eorum emolumentis, aquis currentibus & non currentibus, piscinis & piscationibus, pasuis, mellificijs, aluearijs apibus & melle ex iisdem prouenientibus censibus, datijs, & quibusuis tributis, stationibus, prouodis, angarijs, alijsq. utilitatibus prouenientibus & proueniendis, singulis & vniuersis, ita longe lateq. & circumferentialiter, prout ipsa se hactenus supradicti praedij Przewloka & villae Ostrow, in suis metis & limitibus ab antiquo distincta & limitata extendit, & prout antecessores mei, & ego ipse ea tenui, habui, possedi. Et iam dedi, cedi, & concessi realem inuisionem & actualem possessionem Reuerendo Domino Thomae Wysocarski pro tunc Parocho supra nominati per me erecto & fundato templo Rosanensi in supra praedicta bona praedium uidelicet Przewloka & villam Ostrow, alijsq. donationes, facultates & inscriptiones cum omnibus supra recensitis vniuersis & singulis pertinentijs & attinentijs tenenda, habenda, possidenda uti fruenda, nihil mihi iuris, dominij, proprietatisque in eis pro me ac successoribus meis excipiendo & relinquendo, imo me & successores meos obligando & onerando ad euincendum, eliberandum, defendendum a quavis iuridica impetitione, & quibuscumque personis toties, quoties tueri, defendere, eliberare, euincere opus fuerit. Posterius autem mei & successores bonorum meorum Rosana habebunt liberam facultatem & potestatem Parochos Sacerdotes idoneos Romanae subiectos Ecclesiae praedicto Rosanensi templo eligendi, conferendi, prouidendi; nisi quis de posteris meis aut successoribus a ueritate Orthodoxae Religionis Catholicae aberrauerit, subiectusque Romanae Ecclesiae non fuerit, quo in casu iam non ad eum, sed ad Illustrissimum, quicumque tunc fuerit, Episcopum Vilnensem, & Capitulum eiusdem collatura & prouiso Parochia Rosanensis pertinet. Quod si quis ex meis posteris & successoribus aut quispiam alius huius meae fundationi contra dicere, eamque siue in toto, siue in parte violare, impedire, vel annihilare (quod neminem facturum existimo) auderet aut tentaret, talis quicumque fuerit, sit maledictus in hac & futura uita, in corpore & anima, vindexque malorum omnium DEVS ei maledicat, puniat, deleatque de libro uitae, & tradat eum in sempiternam damnationem. Quam quidem meam fundationem, donationem, & inscriptionem manu mea aliorumq. Magnificorum ac Nobilium Dominorum Samuelis Wolowicz, Castellanei Nowogrodensis, Gregorij Tryzna Mariscalci Stonimensis, & Nicolai Tryzna Succamerij Stonimensis subscriptam, sigillisque munitam esse uolui, curauit, feci. Datum Rosanae die secunda Mensis Iulij Anno Domini MDCCLXXII. Decimo Septimo.



Handwritten text in a cursive script, likely Polish or Czech, located at the top of the left page. The text is partially obscured by a dark ink blot.


Handwritten text in a cursive script, likely Polish or Czech, located below the main text on the left page.

Rozana 1617

Handwritten text in a cursive script, likely Polish or Czech, located in the middle of the left page.

Handwritten text in a cursive script, likely Polish or Czech, located below the middle text on the left page.

Rozana 1617



1617 a 2 Julij
Fundusz Kosciola Rozanskiemu przez Papieha
Kandera 10^o 1^o 1^o cymiony